



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Censvra Sacrae Facultatis Theologiae Parisiensis, In
Librum cui titulus est: La Défense de l'authorité de N. S.
P. le Pape, ..., contre les erreurs de ce temps, Par Iacques
De Vernant, à Mets, 1658**

Université <Paris> / Faculté de Théologie

Parisiis, 1665

Censvre. Censvra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14744

p. 247. Si nostre Saint Pere le Pape n'a pas receu de Dieu une puissance
 infallible pour juger definitivement les difficultez qui se presentent sur les
 Saintes Escritures, il faut changer nostre profession de Foy, & ne dire plus
 que nous croyons en la Sainte Eglise Catholique, Apostolique & Romaine.

Troisième
 propositio
 de Jacques
 de Vernant.

C E N S V R E.

C E N S V R A.

Cette proposition est fausse, temeraire, *Hæc propositio est falsa, temeraria,*
 scandaleuse, & perilleuse en la Foy. *scandalosa, & in fide periculosa.*



AVTHORITATE CONCILIORVM,
 Sanctorum Patrum Ecclesiæ, & veterum Theo-
 logorum confirmatur Censuræ veritas.

Pro Tertiâ Propositione.

Clerus Rom. Ep. ad Cyprian. 31. Quoniam nec firmum decretum potest ef-
 se, quod non plurimorum videbitur habuisse consensum.

Cyprianus Ep. ad Quintum. Nam nec Petrus, quem primum Dominus ele-
 git, & super quem ædificavit Ecclesiam suam, cum secum Paulus de Circum-
 cisione postmodum disceptaret, vindicavit sibi aliquid insolenter, aut ar-
 roganter assumpsit; ut diceret se primatum tenere, & obtemperare à novel-
 lis & posteris sibi potius oportere. Nec despexit Paulum, quod Ecclesiæ prius
 persecutor fuisset, sed consilium veritatis admisit, & rationi legitimæ quam
 Paulus vindicabat, facile consensit; documentum scilicet nobis & concor-
 diæ & patientiæ tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus, sed quæ ali-
 quando à Fratribus & Collegis nostris utiliter & salubriter suggeruntur, si
 sint vera & legitima, ipsa potius nostra ducamus. Cui rei Paulus quoque profi-
 cians & concordæ & paci fideliter consulens, in Epistolâ suâ posuit dicens:
 Prophetæ autem duo, aut tres loquantur, & cæteri examinent. Si autem alij
 revelatum fuerit sedenti, ille prior taceat. Quâ in parte docuit & ostendit
 multa singulis in melius revelari; & debere unumquemque, non pro eo quod
 semel imbiberat & tenebat, pertinaciter congregi, sed si quid melius & uti-
 lius extiterit libenter amplecti. Non enim vincimur, quando offeruntur no-
 bis meliora, sed instruimur, &c.

Augustinus lib. 2. de Baptismo cap. 1. referens verba Cypriani hæc habet. Ecce
 ubi commemorat Cyprianus, quod etiam nos in Scripturis sanctis didici-
 mus, Apostolum Petrum, in quo primatus Apostolorum tam excellenti gratiâ
 præminet, aliter quam veritas postulabat de Circumcissione agere solitum, à poste-